

PROPRIUM
MISSARUM
SANCTORUM
DIECESIS
VENETENSIS
USUI ROMANO CONFORMATUM:

NUNC PRIMUM EX DECRETO
& auctoritate Reverendissimi Episcopi Venetensis editum.

CUI ACCESSIT CONSENSUS VENERABILIS
CAPITULI ECCLESIAE VENETENSIS.



VENETIAE,

Apud NICOLAUM GALLES, Collegii Typographum &
Bibliopolam in Foro vulgò *Main - Lievre.*

M DCC XLII.

9

PROPRIUM MISSARUM SANCTORUM DIÆCESIS

VENETENSIS, USUI ROMANO CONFORMATUM.

DIE XXIX. JANUARI.
In Festo Sancti Gildasii Abbatis.

INTROITUS.

OS justi meditabitur sapien-
tiam, & lingua ejus loquetur
judicium: lex Dei ejus in
corde ipsius.

Psalmus. Noli æmulari in malignantibus:
neque zelaveris facientes iniquitatem.
V. Glória Patri, &c. *Oratio.*

OMnipotens sempiternè Deus qui
in Sanctorum tuorum miracu-
lis es mirabilis, quique hunc diem
beati Gildasii Confessoris tui atque Ab-
batis sacro transitu consecrasti: da nobis
quæsumus, ejus intervenientibus meritis
& præsentis vitæ prosperitatem & æternæ
consequi felicitatem. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiæ.

Dilectus Deo & hominibus, cujus
memoria in benedictione est Si-
milem illum fecit in gloria sanctorum,
& magnificavit eum in timore inimico-
rum & in verbis suis monstra placavit.
Glorificavit eum in conspectu regum,
& jussit illi coram populo suo, & ostendit
illi gloriam suam. In fide & lenitate
ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum
ex omni carne. Audivit enim vocem

ipsius, & induxit illum in nubem. Et
dedit illi coram præcepta, & legem vi-
tæ & disciplinæ.

Graduale. Domine prævenisti eum in
benedictionibus dulcedinis: posuisti in
capite ejus coronam de lapide pretioso.
V. Vitam petiit à te, & tribuisti ei, lon-
gitudinem dierum in sæculum sæculi.
Alleluia, alleluia. V. Justus ut palma
florébit: sicut cedrus Libani multiplicá-
bitur. Alleluia.

Sequência sancti Evangelii secundum
Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Simon Petrus
ad Jesum. Ecce, nos reliquimus om-
nia, & secuti sumus te: quid ergo erit no-
bis? Jesus autem dixit illis. Amen dico
vobis, quod vos, qui secuti estis me, in
regeneratione cum sederit Filius homi-
nis in sede majestatis suæ, sedebitis &
vos super sedes duodecim, judicantes
duodecim tribus Israël. Et omnis qui
reliquerit domum, vel fratres, aut sorô-
res, aut patrem, aut matrem, aut uxô-
rem, aut filios, aut agros, propter no-
men meum: centuplum accipiet: &
vitam æternam possidebit.

Offertorium. Desiderium animæ ejus tri-
buisti ei Domine, & voluntate labio-

A ij



Document numérisé en 2023

rum ejus non fraudasti eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Secreta.

MUnera quasumus Domine oblata sanctifica: & intercedente beato Gildasio Confessore tuo atque Abbate nos per hac a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

Communio. Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Gratias tibi Domine referimus sacro munere vegetati misericordiam deprecantes: ut dignos nos beati Gildasii intercessione recipias, cujus solennia celebramus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

DIE I. MARTII.

In Festo Sancti Albini Episcopi & Confessoris.

INTROITUS.

SACERDOTES tui Domine, induant justitiam: & sancti tui exultent: propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui.

Psalmus. Meménto Domine David: & omnis mansuetudinis ejus.

V. Glória Patri & Filio, &c.

Oratio.

Deus, qui ad deprecandum te, conscientiae nostrae perspicis non sufficere facultatem: sanctum Albinum Confessorem tuum atque Pontificem fac pro nobis orare, quod dignè possis

audire. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Hebraeos.

Frateres plures facti sunt sacerdotes secundum legem, idcirco quod morte prohiberentur permanere. Jesus autem, eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet Sacerdotium. Unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior caelis fractus. Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo. Hoc enim fecit semel, se ipsum offerendo, Jesus Christus Dominus noster.

Graduale. Sacerdotes ejus induam salutari: & sancti ejus exultatione exultabunt.

V. Illuc producam cornu David: paravi lucernam Christo meo. Alleluia, alleluia.

V. Juravit Dominus, & non poenitebit eum: tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.

Post Septuagesimam, omisso Alleluia, & Versu sequenti, dicitur.

Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis.

V. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.

V. Glória & divitiae in domo ejus: & justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis, vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset: vigilaret utique, & non sineret perfodire domum suam. Ideo & vos estote parati: quia nescitis, qua hora Filius hominis venturus sit. Quis, putas, est fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus, quem, cum venerit Dominus, ejus invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta.

Deus, qui omne bonum in tui sacri corporis mysterio contineri voluisti: concede propitius: ut hoc munus quod beati Albini Confessoris tui atque Pontificis memoriam recolentes offerimus: ipso intercedente nobis prodesset sentiamus. Per Dominum nostrum.

Communio. Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Caesti munere satiati, misericors Deus, gratias agimus & precamur ut qui nova beneficia per beatum Albinum Confessorem tuum atque Pontificem te operari gaudemus, ipso supplicante per hoc coeleste munus, ad pietatis opera renovemur. Per Dominum.

DIE V. APRILIS.

In Festo Sancti Vincentii Ferrerii Confessoris.

INTROITUS.



S justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius.

Psalmus. Noli aemulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. *V.* Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, &c.

Oratio.

Deus qui diversitatem gentium ad tuam dilectionis ardorem, districtique judicii formidinem beati Vincentii Confessoris tui salutifera praedicatione misericorditer evocasti, ejus quasumus, meritis & intercessione, fac nos in tremendo judicio securos comparere: & tuis promissionibus in aeterna felicitate gaudere. Per Dominum, &c.

Lectio Libri sapientiae.

Beatus vir, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniae thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria aeterna. Qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala & non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in Domino: & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.

Graduale. Justus ut palma florabit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini.

V. Ad annuntiandum manere misericordiam tuam, & veritatem tuam per

noctem. Allelúia, allelúia.

ŷ. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Allelúia.

Post Septuagesimam omisso Allelúia, & Versu sequenti dicitur.

Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis.

ŷ. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.

ŷ. Glória & divitiæ in domo ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur, Allelúia, allelúia.

ŷ. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Allelúia.

ŷ. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Allel. Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur à nuptiis: ut cum venerit & pulsaverit, confestim apperiant ei. Beati servi illi, quos cum venerit Dominus invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcingat se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit, in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit & ita invenerit: beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis Filius hominis venire.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta.

Supplicationis nostræ hostias Domine Deus omnipotens: ut clementer suscipias imploramus, & familiæ tuæ, quæ se beati Vincentii Confessoris tui monitis eruditiam exultat: cœlestis regni januas digneris aperire. Per Dominum nostrum, &c.

Communio. Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Ecclésiā tuam quæsumus Domine grātia cœlestis amplifiet: quam beati Vincentii Confessoris tui illuminare voluisti gloriōsis meritis & doctrinis. Per Dominum nostrum, &c.

DIE XVI. APRILIS.

In Festo Sancti Paterni Episcopi & Confessoris.

IN TROITUS.

Tatuit ei Dominus testamentum pacis, principem fecit eum: ut sit illi Sacerdotiū dignitas in æternum.

Psalmus. Memēto Domine David: & omnis mansuetudinis ejus. ŷ. Gloria.

Oratio.

Deus, qui beatum Paternum Pontificem tuum patrem & prudentem dispensatorem super familiam tuam constituisti, tribue nobis, ex ejus imitatione talēta nobis credita fideliter multiplicare: ut in promissum gaudium Domini

Domini nostri feliciter introire mereamur. Per Dominum nostrum, &c.

Lectio Libri Sapientie.

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Cognovit eum in benedictionibus suis, conservavit illi misericordiam suam: & invenit gratiam coram oculis Domini. Magnificavit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentum sempiternum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificavit illum in gloriā. Fungi Sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suavitatis.

Graduale. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

ŷ. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Allelúia, allelúia.

ŷ. Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Allelúia.

Post Septuagesimam omisso Allelúia & Versu sequenti, dicitur.

Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis.

ŷ. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.

ŷ. Glória & divitiæ in domo ejus, & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur, Allelúia, allelúia.

ŷ. Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Allelúia.

ŷ. Hic est Sacerdos quem coronavit Dominus. Allelúia.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregrè proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talēta, alii autem duo, alii verò unum: unicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talēta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. Post multum verò temporis venit Dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talēta acceperat, obtulit alia quinque talēta, dicens: Domine, quinque talēta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Accessit autem & qui duo talēta acceperat, & ait, Domine, duo talēta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. *Offertorium.* Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Proprium Missarum Sanctorum Diocesis Venetensis.
Secreta.

Quæsumus pie Pater & misericors Deus: ut has oblationes quas tibi offerimus paterno affectu digneris intendere: ut intercedente beato Patre nostro Paterno: ad salutem nostram tribuas pervenire. Per Dominum, &c.

Communio. Fdélis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. *Postcommunio.*

Deus qui in eadem terra, quam Unigenitus tuus sui cruoris effusione misericorditer consecravisti, beatum Paternum ad Pontificatus apicem sublimasti concede propitius, ut qui ejusdem agni immaculati carnem & sanguinem libavimus: tanto viatico recreati, ad cœlestem patriam transeamus. Per.

DIE XIX. MAII.

In Festo Sancti Yvonis Confessoris.

INTROITUS.

Justus ut palma florêbit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in Domo Domini, in atriis Domus Dei nostri.

Psalms. Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo, Altissime. *Oratio.* Glória Patri, &c.

Deus qui beatum Yvónem Confessorem tuum piis operibus, signis, & virtutibus in Ecclesia tua clarere fecisti, præsta quæsumus: ut ejus meritis & precibus, tua beneficia capiamus; Per. *Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.*

Frattes: spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus.

Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus oporantes manibus nostris. Maledicimur: & benedicimus. Persecutionem patimur: & sustinemus. Blasphemamur: & obsecramus. Tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsēma usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo: sed ut filios meos charissimos moneo: in Christo Jesu Domino nostro.

Graduale. Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. *Ps.* Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus. Allelúia. *Ps.* Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. Allelúia.

Tempore Paschali, omittitur Graduale, & ejus loco dicitur, Allelúia, allelúia.

Ps. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. Allelúia. *Ps.* Justus germinabit sicut Lilium: & florêbit in æternum ante Dominum. Allelúia.

Séquentia Sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis; Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

Offertorium.

Proprium Missarum Sanctorum Diocesis Venetensis.

Offertorium. In virtute tua Domine latabitur justus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei. *Secreta.*

MUnus Domine quæsumus, in memoriam dominicæ Passiōis oblātum intercedente beato Yvōne Confessore tuo, te nobis jūgiter faciat esse placātum. Per Dominum, &c.

Communio. Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. *Postcommunio.*

POpulum tuum Domine unigeniti Filii tui sanguine pretioso redemptum propitius respice, & beato Yvōne Confessore tuo intercedente, concede, ut hoc tuum Sacramentum remissionem criminum, & gratiam nobis obtineat meritum. Per Dominum, &c.

DIE XXI. MAII.

Translatio & Ordinatio Sancti Paterni Episcopi.

INTROITUS.

STatuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: ut sit illi Sacerdotii dignitas in æternum.

Psal. Meménto Domine David: & omnis mansuetudinis ejus. *Ps.* Gloria. *Oratio.*

DA quæsumus omnipotens Deus: ut beati Paterni Confessoris tui, atque Pontificis veneranda sollemnitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientie.

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus

est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictiōnem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Cognovit eum in benedictionibus suis, conservavit illi misericordiam suam: invenit gratiam coram oculis Domini. Magnificavit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentum sempiternum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificavit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suavitatis.

Graduale. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

Ps. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Allelúia, allelúia.

Ps. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur, Allelúia, allelúia.

Ps. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Allelúia.

Ps. Hic est Sacerdos quem coronavit Dominus. Allelúia.

Séquentia sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore; Dixit Jesus Discipulis suis parablā hanc. Homo quidam peregrinē proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò unum; unicuique secundum propriam virtutem: & profectus est sta-

tim. Abiit autem qui quinque talenta accéperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo accéperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum accéperat, ábiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Dómini sui. Post multum verò témporis venit Dóminus servorum illorum, & pósuit ratióne cum eis. Et accédens qui quinque talenta accéperat, obtulit alia quinque talenta, dicens, Dómine, quinque talenta tradidisti mihi; ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dóminus ejus. Euge serve bone & fidélis; quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam; intra in gaudium Dómini tui. Accéssit autem & qui duo talenta accéperat, & ait, Dómine, duo talenta tradidisti mihi; ecce, alia duo lucratus sum. Ait illi Dóminus ejus. Euge serve bone & fidélis, quia super pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam; intra in gaudium Dómini tui.

Offertorium. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum; manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Sancti tui Dómine nos ubique lætificent: ut dum eorum mérita recolimus, patrocínia sentiámus. Per, &c.

Communio. Fidélis servus & prudens, quem constituit Dóminus super familiam suam; ut det illis in témpore tritici mensuram.

Postcommunio.

Presta quæsumus omnipotens Deus: ut de percéptis munéribus gratias exhibentes: intercedente beato Patérno Confessóre tuo, atque Pontífice, beneficia potióra sumámus. Per.

DIE VII. JUNII.

In Festo Sancti Mereadoci Episcopi Confessoris.

INTROITUS.

STATUIT ei Dóminus testamentum pacis, & principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in ætérnum.

Psalms. Meménto Dómine David: & omnis mansuetudinis ejus.

V. Glória Patri & Filio, &c.

Oratio.

Deus, qui de mundi hujus inédia, per médium paupertatis beátum Mereadócum Confessórem tuum, atque Pontíficem abstraxisti ad pátriam claritatis, tribue nobis quæsumus, ut ipso pro nobis intercedente, dirúmpas, nostræ víncula pravitatis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus. Per ómnia, &c.

Lectio Libri Sapiéntiæ.

Ecce Sacerdos magnus, qui in diébus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in témpore iracúndiæ factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conserváret legem Excélsi. Ideò jurejurando fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, & testamentum suum confirmávit super caput ejus. Cognóvit eum in benedictiónibus suis, conservávit illi misericórdiam suam: & invénit grátiam coram óculis Dómini. Magnificávit eum in conspéctu regum: & dedit illi coronam glóriæ. Statuit illi testamentum

sempitérnum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificávit illum in glória. Fungi Sacerdotio, & habere laudem in nómine ipsius: & offerre illi incénsus dignum, in odórem suavitatis.

Graduale. Ecce Sacerdos magnus, qui in diébus suis placuit Deo.

V. Non est inventus similis illi, qui conserváret legem Excélsi. Allelúia, allelúia.

V. Tu es Sacerdos in ætérnum, secundum órđinem Melchisedech. Allelúia, allelúia.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur, Allelúia, allelúia.

V. Tu es Sacerdos in ætérnum secundum órđinem Melchisedech. Allelúia.

V. Hic est Sacerdos quem coronávit Dóminus. Allelúia.

Séquentia sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo témpore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregrè proficiscens, vocávit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò unum: unicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta accéperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo accéperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum accéperat, ábiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Dómini sui. Post multum verò témporis, venit Dóminus servorum illorum, & pósuit ratióne cum eis. Et accédens qui quinque talenta accéperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Dómine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce, alia

quinque superlucratus sum. Ait illi Dóminus ejus: Euge serve bone & fidélis: quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam: intra in gaudium Dómini tui. Accéssit autem & qui duo talenta accéperat, & ait, Dómine, duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi Dóminus ejus: Euge serve bone & fidélis, quia super pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam: intra in gaudium Dómini tui.

Offertorium. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Suscipe clementíssime Pater hostiam presentem: quam in honóre beati Mereadoci Confessoris tui atque Pontíficis offerimus & concède: ut contra dæmonum incúrsum nobis clipeus sit salutis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus. Per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Communio. Fidélis servus & prudens, quem constituit Dóminus super familiam suam; ut det illis in témpore tritici mensuram.

Postcommunio.

Sacramenta quæ sumpsimus nobis Dómine vitam præstent perpétuam: & intercedente pro nobis beato Mereadóco Confessóre tuo atque Pontífice valeámus mundi superbiam, carnis insaniam, dæmonum astutiam superare. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus. Per ómnia, &c.

DIE XV. JUNII.

In Festo Sanctorum Cirici & Julite Mart.

INTROITUS.

SANCTI tui Dómine benedicent te: glóriam regni tui dicent, allelúia, allelúia.

Psalms. Exaltábo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi.

† Glória Patri, &c. *Oratio.*

EXaudi nos Dómine Deus noster cum Sanctorum mátyrum tuorum Cirici & Julite matris ejus cum sociis eorum tibi patrocínio supplicantes: ut quorum celebrámus triúmphum, possimus retinere constántiam. Per.

Lectio Epístolæ beati Petri Apóstoli.

Benedictus Deus, & pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vitam, per resurrectionem Jesu Christi in mórtuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam & immarcescibilem conservatam in cælis: in vobis qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelári in tempore novissimo. In quo exultábitis, módicum nunc si oportet contristári in variis tentationibus: ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inveniatur in laudem, & glóriam & honorem, in revelatió nem Jesu Christi Dómini nostri.

Allelúia, allelúia. † Sancti tui Dómine florébunt sicut lílium, & sicut odor balsami erunt ante te. Allelúia.

† Pretiôsa in conspectu Dómini mors

sanctorum ejus. Allelúia.

Sequéntia sancti Evangelii secúndum Joannem.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis: ego sum vitis: vos palmities. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere: si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arêscet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei Discipuli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego Patris mei præcepta servavi: & maneo in ejus dilectione. Hæc locutus sum vobis: ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.

Offertorium. Latámini in Dómino, & exultate justi: & gloriámini omnes recti corde. Allelúia, allelúia. *Secreta.*

Offerimus tibi Dómine, fidélium tuorum dona solémnia sanctorum mátyrum tuorum intercessionibus confidentes, ut quod nos exequimur munus, idónea servitute illorum potiùs méritis efficiatur accéptum. Per.

Communio. Gaudete justi in Dómino, allelúia: rectos decet collaudatio, allelúia.

Postcommunio.

Quæsumus Dómine ut salutaribus repleri mystériis sanctorum mátyrum tuorum Cirici & Julite quorum solémnia celebrámus, oratió nibus adjuvemur. Per Dóminum.

DIE XXV. JUNII.

In Festo Sancti Salomonis Martyris, quæretotum Officium in Comuni unius Mart.

DIE XVI. AUGUSTI.

In Festo Sancti Armagilli Confessoris.

INTROITUS.



S justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius.

Psal. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. † Glória Patri, & Filio: & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, &c.

Oratio.

Deus, qui beatum Armagillum Confessorem tuum ónere carnis depósito in cœli palatio collocásti: tribue quæsumus: ut ipso ductóre valeamus ad optatam patriam pervenire. Per.

Lectio Libri sapiéntiæ.

Beatus vir, qui inventus est sine mácula: & qui post aurum non abiit, nec sperávit in pecuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi glória æterna. Qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala & non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in Dómino: & eleémósynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.

Graduale. Justus ut palma florêbit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Dómini.

† Ad annuntiandum manè misericor-

diam tuam, & veritatem tuam per noctem. Allelúia, allelúia.

† Beatus vir, qui suffert tentatió nem: quóniam cum probatus fuerit accipiet corónam vitæ. Allelúia.

Sequéntia Sancti Evangelii secúndum Lucam.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus Dóminum suum, quando revertatur à nuptiis: ut cum venerit & pulsaverit, confestim apérian t ei. Beati servi illi, quos cum venerit Dóminus invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigília, & si in tertia vigília venerit & ita invenerit: beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quóniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret utique, & non sinneret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis Filius hominis veniet.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nómine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta.

Hostias quas tibi offerimus in honore beati Armagilli Confessoris tui acceptare digneris Dómine Deus noster: ut per eas mereamur bona transitória sic transire quod possimus ad ea quæ non transeunt pervenire. Per Dóminum nostrum, &c.

Communio. Beatus servus, quem, cum venerit Dóminus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Concède nobis clementissime Pater per virtutem hujus Sacramenti intercedente beato Armagillo Confessore tuo mundi pericula, carnis desideria, latentis inimici insidias superare. Per Dominum nostrum, &c.

DIE III. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Guenhaëli Abbatis.

INTROITUS.

Iusti meditabuntur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius.

Psalmus. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. *Glória Patri, &c.*

Oratio.

Propitiare quæsumus Domine nobis famulis tuis per hujus Sancti Confessoris tui atque Abbatis Guenhaëli, qui in Venerensi requiescit Ecclesia mérita gloriôsa: ut ejus pia intercessione ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum, &c.

Lectio libri Sapientiae.

Dilectus Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum & in verbis suis monstra placavit. Glorificavit eum in conspectu regum, & jussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Audivit enim vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & disciplinæ.

Graduale. Domine, prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. *V.* Vitam petiit à te, & tribuisti ei, longitudinem dierum in sæculum sæculi. Alleluia, alleluia. *V.* Justus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum accipiet: & vitam æternam possidebit.

Offertorium. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. *Secreta.*

Munera quæsumus Domine oblata sanctifica: & intercedente beato Guenhaëlo Confessore tuo atque Abbate nos per hæc à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

Communio. Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. *Postcommunio.*

Gratias tibi Domine referimus sacro munere vegetati, misericordiam

etiam deprecantes: ut dignos nos beati Guenhaëli intercessione recipias, cujus solœmnia celebramus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

DIE XIX. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Gobriani Episcopi & Confessoris.

INTROITUS.

STATUIT ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in æternum.

Psalmus. Meménto Domine David: & omnis mansuetudinis ejus. *Glória Patri & Filio, &c.*

Oratio.

Deus, qui evidentissimis miraculis beatum Gobrianum Confessorem tuum, atque Pontificem, terris sepultum in cœlis vivere manifestas: concede propitius: ut qui ejus implorant auxilium, ab omni clade penitus liberentur. Per Dominum.

Lectio Libri Sapientiae.

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmavit super caput ejus. Cognovit eum in benedictionibus suis, conservavit illi misericordiam suam: & invenit gratiam coram oculis Domini, Magnificavit eum in conspectu regum: & dedit illi corô-

nam gloriæ. Statuit illi testamentum sempiternum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificavit illum in gloria. Fungi Sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suavitatis.

Graduale. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.

V. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Alleluia, alleluia.

V. Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia. Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò unum: unicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. Post multum verò temporis, venit Dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait, Domine, duo talenta tra-

didisti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.

Offertorium. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Respice quæsumus omnipotens Deus, hostiam præsentem, quam tibi in honorem beati Gobriani Confessoris tui, atque Pontificis offerimus: & præsta nobis, ut ipsa in substantiam corporis Filii tui Domini Dei nostri

Jesu Christi divinitus transformata mundi nos faciat agnoscere Salvatorem, Qui tecum vivit & regnat, &c.

Communio. Fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus: ut Sacramenta quæ sumpsimus nobis proficiant ad salutem: & intercedente beato Gobriano Confessore tuo, atque Pontifice mereamur evadere cælestis judicis ultionem, Per &c.

FINIS.

SUPPLEMENTUM

A D

MISSALE ROMANUM

P R O D I Œ C E S I

CORISOPITENSI.

*De Mandato Illustrissimi ac Reverendissimi DD. TUSSANI-
FRANCISCI-JOSEPHI CONEN DE SAINT LUC, Episcopi
Corisopitenfis & Cornubiæ Comitis, & de Venerabilis Capituli
consensu.*



C O R I S O P I T E N S I,

Apud YVONEM-JOANNEM-LUDOVICUM DERRIEN, Regis, Illustriss.
ac Reverend. Episcopi, & Cleri Cornubiensis Typographum. 1780.

CUM PRIVILEGIO REGIS.